



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

Sive Homiliæ In Dominicas Anni, Et Festa Sanctorum

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

De muliere forti, libellus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72051](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72051)

BEDÆ PRESBYTERI  
DE MULIERE FORTI,  
LIBELLUS.  
N ALF PH.

**M**ulierem fortēm quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. ] Mulier fortis Ecclesia Catholica vocatur. Mulier videlicet, quia spirituales Deo filios ex aqua & Spiritu sancto gignere consuevit. Fortis, quia cuncta seculi adversa simul & prospera pro conditoris sui fidei contemnit. Quoniam ipse in carne apparente infirmam quidem invenit, sed inventione sua, hoc est, pia visitatione sua fortēm reddidit. Unde post ejus redemptionem ad celos rediens, supernis civibus gaudens aiebat: *Congratulamini mihi, quia inveni orem, que perierat.* Videns ergo Salomon genus humanan innumeris implicatum erroribus, quodque ad ejus salvationem nullus Patriarcha, nullus Prophetæ, nullus omnino electorum, præter solum mediatorem Dei & hominum sufficeret, ait: *Mulierem fortēm quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus.* Ac si aperte futuram Domini gratiam admirando protestetur, *Quis tanta virtutis, quis talis est meriti, qui de te incredulis, ac celestis mundi nationibus unam sibi electorum Ecclesiam congreget, quam sua gratia fortēm, atque insuperabilem adverfantibus cunctis efficiat?* Non hic certè nostri simili, non nostro est tempore venturus; sed in fine seculorum est de celo Deus homo descendens, qui nos sua passione à morte redimat. Hoc est enim quod ait, *Procul, & de ultimis finibus pretium ejus.* Procul, videlicet statu temporis, quod à diebus Salomonis usque ad partum Virginis intereat: de ultimis autem finibus, *quia à summo celo egressio ejus;* qui non aliud pro nostra redemptione pretium, quam se ipsum obtulit: unde Apostolus. *Qui dilexit nos, inquit, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in domum suarum.* Ita recte possit intelligi pretium sanctæ Ecclesiæ procul positum fuisse, quando incarnatione verbi Dei, conversatio inter homines, passio & resurrectio longè à nostra esset natura conditione discreta: quoniam videlicet ille, & quando voluit, & qua voluit matre natura est, & sine peccato vixit in mundo: & quando voluit, & qua voluit morte defecit ex mundo, tempusque resurrectionis & ascensionis suæ in potestate habuit, & cetera hujusmodi, in quibus tam procul à nobis, quam cœlum à terra. Quia vero Ecclesiam, quam redimit Dominus, non solùm verbum salutis suscipere, sed & constanter pro illo certare, & hoc ipsum per mundum prædicare donavit, merito subditur.

## BETH.

**C**onfidit in ea cor viri sui, quia spoliis non indigebit. ] Virum sanctæ Ecclesiæ, Dominum ac Redemptorem ejus, quod etiam precium ejus fieri dignatus est, dicit. Unde & Apostolus creditibus ait. *Desponsi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.* Quod ergo dicit, *Confidit in ea cor viri sui;* ab humana nimis confunditudo tractum est. Sic ut omnis qui forte, fidelemque & castam habet conjugem, confidit in ea certissime, quia nil contra suam voluntatem agere, nulla adultera falet cogitatione possit attaminari, cuncta pro suo amore & adversa libenter tolleret, & quo sequevalet ad suam amicitudinem convertere, desiderat: sic nimis Dominus & Redemptor noster in Ecclesia confidit. Novit enim spiritum gratiae quem dedit: novit virtutem charitatis, quam in ejus præcordiis infudit. Ideoque non dubitat eam à sua, non solum fidei integritate nequamquam posse corrumpi, sed etiam perseveranter insistere, ut plures ad ejusdem fidei congregent unitatem. hoc est enim quod sequitur. *Et spoliis non indigebit.* Spoliatus enim Ecclesia diabolum, cum per prædicatores suos, eos quos ipse deceperat, ad veritatis revocat iter. Et bene dicitur, *spoliis non indigebit;* quia nunquam cessabit Ecclesia libera-

tas à diabolica fraude animas Christi fidei restituere, donec completo mundi cursu, sutorum quoque præfinita compleatur summa membrorum. Verum quia quicquid boni sancta Ecclesia vel anima quæque fidelis agit, hoc defuper accipit, recte subditur:

## GIMEL.

**R**eddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vite sue. ] Reddet quippe anima Christi bonum, cùm perceptis ab eo vita munib[us] recte vivendo respondet, cum ea quæ ipsa scire vel facere ab ipso adjuta potuit, etiam aliis intimare fatagit: Benè autem cùm dixisset, Reddet ei bonum, protinus addidit. *Et non malum:* quia sunt profectio qui acceptis à Domino bonis, mala rependunt: vel fidei mysteria, quæ percepunt, heretica fecerunt, & vel fidem quam professione servant, pravis operibus blasphemando; vel mores bonos, quibus cum fide recta deferunt, per colloquia mala corrumpendo. Sed nec illi bona, qui acceperunt, Domino reddunt, quinon in his quæ benè inchoant, usque ad finem vitæ præsens persestere curant. Unde merito cùm dixisset, Reddet ei bonum, & non malum: ut perseverantiam boni necessariam demonstraret, addidit: *Omnibus diebus vite sue.* Cui simile est illud Evangelicum, *Serviamus illi in iustitia & iustitia, coram illo omnibus diebus vite sue.* Quiibus sanè operibus, quibus iustitia vel sanitatis fructibus potissimum sit in istendum ei, qui bonum quod & accepit à Domino, gratus rependere fatigat, subsequenter insinuat, cùm dicitur:

## DALETH.

**Q**uasi lana & linum, & operata est consilio manuum suarum. ] Hujus principium versiculi, Fortis mulier, hoc est sancta Ecclesia, & juxta literam accipere & observare confivit: juxta illud propheticum, *Cum videris nudum, operium, & carnem tuam ne deflexeris.* Operatur autem non supervacuo & caco labore, sed eo utique consilio, ut ab ipso seu viro, Domino videlicet Christo, in iudicio meatur audire. *Nudus sui, & operijs iste me:* & quādū secifus uni de hu[m] minoribus men, mihi secifus. Operatur autem consilio manuum suarum, hoc est earum personarum, per quas eleemosynas pauperibus tribuit: in quorum opere devoto illo fabulerrimo uitit consilio, ut cùm dispergit & dat pauperibus, non ipsa ab hominibus laudetur ad tempus, sed iustitia ejus manet in seculum seculi, cornu ejus exalteatur in gloria. Poflunt autem mystice in lana, quæ ovinus est habitus, omnia pietatis & simplicitatis opera, quæ proximis impendimus, accipi. Postea in lino quod ex terra virens oritur, sed longo ac multiplici exercitio amittit humorem nativum, atque ad gratiam novi candoris peryenit, castigatio nostra carnis incipiunt: cui dum ingenitus vitiorum sordes per continentiam excoquimus, dignam profectio eam qua Christum induamus, efficimus: juxta illud Apostoli. *Quo quis ergo in Christo baptizari est, Christum induit.* Quarit ergo mulier fortis lana & linum, & operatur consilio manuum suarum, cùm Ecclesia sancta sollicitè perquirit, quibus se pietatis fructibus exerceat, quomodo se à carnalibus emundet illecebris; & hoc utrumque consilio prudentissime, hoc est superna solumento retributionis facit intuitu, cuius retributionis sequens quoque vermiculus apertius memini, dum subditur.

## HE.

**F**acta est quasi navis in situ de longe portans panem suum. ] Institorem negotiatorem dicit, qui pro eo sic vocatur ab antiquis, quod acquirendis multiplicandi que mercibus sedulus institat. Facta est ergo fortis mulier quasi navis in situ, quia sicut navis in situ onusla mercionis, quæ in sua patria magis abundant, porrò per mare petit peregrina, ut illic venditis quæ attulit, cariora domum reportet: sic nimis sancta Ecclesia, sic anima quæque perfecta virtutum divitias gaudet onustari, quibus majora divina gratia dona meretur. Optimū est namque com-

mercum, cum bona qua valemus operantes, primò hanc à Domino mercedem recipimus, ut ad majora semper agenda proficiamus: de hinc ut vitam percipiamus **eternam**. Facta est ergo anima quasi navis insitoris, qua transiit desiderio flatus seculi praesens, sola qua se in cœlis accipere sperat, eterna gaudia meditatitur: & pro his abundantius adipiscendis quicquid valer, instanter agere, quicquid adversum occurrat, fortiter superare contendit. De qua recte dicitur, *Quia de longè portat panem suum: quia in cunctis qua temporaliter bona agit, eternam solummodo retributionem expectat, solam vivi panis saturitatem desiderat, ejus nimur qui suis auditoribus pie potenterque promittit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerari estis, & ego reficiam vos.* At contraria proximo panem suum recipit, & non hunc de longè trans maria portat, qui in quod julte vivere videtur, humani tantum favoris præmia expedit, neque ullo vita permanente intuitu ea, qua in imis labuntur, exasperare & calcare satagit, de qualibet ipse terribiliter intonat, *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.*

## V A V.

**E**t de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.] Sicut torus labent seculi cursus perenni diei ac noctis alternatione variatur, & dies quidem ad operandum, nox ad quietem naturaliter condita est: sic totum præsentis Ecclesiæ tempus gemino quondam quietis & operis statu discernitur. Quia enim nocte quiescit, cum aliqui fidelium eius intermissa ad tempus sollicitudine externa subimere vacare, seque ipsos spiritualiter incipiunt curare, vel lectionibus videlicet sacris, vel orationibus ac lachrymis lere, vel alii hujusmodi studiis secretis exercendo. Surgit autem de nocte, cum in eisdem suis fidelibus ad agendum etiam proximorum curam se sollicita accingit. Quod fraternæ administrationis opus duobus modis exercere confuevit: quia & eos qui foris errabant, ad fidei gratiam convocare, & illos qui fidei sacramentis jam sumi imbuti, ut bonis operibus amplius insistant, excitare non definit. Unde bene dicitur, *Dedique prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.* Dat namque prædam domesticis suis, cum eos quos antiquo hosti dendo eripere potuit, societati illorum, qui in fide præcessere, ponit. Dat & ancillis cibaria, cum humiles quoque & debito amore suo iusta servantes, ne sub pio amore lascant, superna mercedis memorazione reficit.

## Z A I N.

**C**onsideravit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam.] Agrum dicit possessionem super haereditatis: de qua benedicens filium suum patriarcha dicit, *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus; odor quippe sanctorum est, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus;* quia tota mentis intentione contunit, qua sit plenitudo benedictionis in patria regni celestis. Consideravit ergo Ecclesia agrum, & emit eum: quia studiose didicit, quia hinc gaudia vita perennis, & pro eorum perceptione quicquid potuit, labore contendit. Quæ etiam de fructu manuum suarum plantavit vineam, quia de fructiferis fidelium suorum factis sive verbis, scripturam sanctam condidit, per quam mentes audientium in fide & dilectione debiri sui redemptoris. Nec ab re est, si vinea nomine ipsum Ecclesiam, qua per mulierem fortem est designata, sentianus esse figuratum, & eos esse propagines vineæ, qui sunt filii mulieris. Mulier autem vineam plantavit, cum Ecclesia primitiva latius per orbem missis predicatoribus fidei semina dispersit. Consideravit namque agrum, cum orbem universum viatorum spinet horrentem, cultura spirituali opus habere perflexit: emit vero eum, cum missis ubique doctoribus talentum verbi audiendibus contulit, ut eos credentes felicissimo Christi mancipati subderet. Plantavit autem in eodem agro vineam, cum in novis credentium populis Ecclesiam plenam Evangelicæ veritatis institutione firmavit. Quam

Beda Tom. 7.

quidem vineam de fructu manuum suarum plantavit: quia non solum verbo instruebant Apolloli, Apostolorumque successores populos quos eruditabant, verum etiam testimonium bona operationis miraculorum quoque ligna verbis doctrina jungabant. Sed & usque hodie, simo quis in finem seculi mulier fortis considerat agrum, & emit eum, ac de fructu manuum suarum plantat vineam: quia sancta Ecclesia semper sollicita perquirit, quos ad fidem convertere possit & quoscunque dociles invenient, hos data verbi pecunia in servitium Christi emit, atque in eis vineam Christi plantare, vel potius ees vineam Christi facere satagit; & quia quisquis alterum docere desiderat, primò ipse & à malis abstineret, & bonis se debet acibus exercere, recte subjugitur:

## C H E T H.

**A**cinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum.] Accinxit ergo Ecclesia lumbos suos fortitudine, cum supernorum defidit intenta carnibus illecebris succumbere despexit; roboravit brachium suum, cum se ad agenda virtutum opera preparavit. Et benè primò lumbos fortitudine accingere, ac postmodum robore brachium dicitur: quia nimur actio boni operis acceptabilis esse Deo minimè valet, si non fluxa luxurie quis prius à carne simul & mente refringat. Unde Prophetæ, *Quiescite, inquit, agere perverse, discere benefacere: & Domini nus ipse, sim lumbi vestri præcincti, & lucerna ardentes Lumbi videlicet præcincti, ne luxuriaz subdamenti: lucerna verò ardentes, ut bonis fulgeatis operibus.*

## V T E T H.

**G**ustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus, non extinguetur in nocte lucerna ejus.] Quod ait, Negotiatio ejus, agri utique illius significat, de quo stupia ait, *Consideravit agrum, & emit eum.* Gustavit igitur Ecclesia sancta, gustavit anima quoque perfecta: id est, intimo mentis desiderio cognovit, quia bona est negotiatio vita immarcessibilis, quam relatis illecebris temporalibus, eternam mercedem in cœlis. Gustavit autem, id est, aperte dicit: quia bonum est per instantiam prædicandi, quoscunque valet ad viam veritatis adducere; atque ideo nullis tribulationibus tenebris, nec ipsa morte potest lucerna devotionis ejus exinguiri. Eorum namque lucerna nocte extinguitur, quamvis in die videatur ardere, qui sicut Dominus ait, *Ad tempus credunt, & in tempore tenebrarum recedunt.* Sed & illorum nocte media extinguitur lucerna, qui veniente judice oleum charitatis in vasis præcordiorum suorum non habuissent probantur, dum perditio falsarum rumore virtutum, vera tenebrosum luunt tormenta factorum. Quod si noctem hoc loco volumus accipere, juxta hoc quod supra dicitur, *Et de nocte surrexit, id est, ad operandum se postquietem preparavit;* aperte dicitur, quod lucerna sancta Ecclesia non extinguitur in nocte, quia & cum à negotio quiescit actionis vacat liberius luci supernæ contemplationis: cumque à publicis cessat operibus, curat se ardentius vel auditui sanctæ lectiōnēs, vel laudibus mancipare divinis: juxta exemplum videlicet mulieris industria, quia non solum interdui necessariis solet inflare laboribus, sed & noctu sibi accepto lumine lucernæ, parlem rei familiari agere curam.

## J O D.

**M**anum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt susum.] Fortia dicit perfecta in Christi charitate opera, quibus le gaudens Ecclesia certa supernæ retributionis expectatione subdit. Verbi gratia: *Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: ego autem vobis dico, Diligitte inimicos vestros, benefacite hi qui oderunt vos, &c., & de virginitate servanda, Qui potest capere, capiat; & de cōtemnendī divitias, si viri, inquit, perfectus esse, vate, rende quæ habes, & di pauperem, &c. Nam populus synagogæ, cui dictum est, si volueritis, & audieritis, bona terra comedetis: tanto infirmior erat in opere iustitia, quan-*

to minus spe perpetuae remunerations erexit. At Ecclesia quæ audivit à Domino, *Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum*, merito pro hujus perceptione dura quæque longanimiter suffert. Unde rursus de ejus fortitudine dicit, *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt ilud* &c. *Digiti, inquit, eis apprehenderunt fūsum.* Solent feminæ nentes fūsum in dextera, colum tenere in sinistra. In colo enim lana involuta est, quæ filo ducenta, & nenda transeat in fūsum. Sæpe autem in scripturis dextera vitam perpetuam, levæ præsentia Dei doua significat: opulentiam videlicet reum, pacem temporum, solitatem corporum, scienciam quoque scripturarum & cœlestium perceptionem sacramentorum. Hac & hujusmodi bona cum Domino largiente percipimus, quasi lanam colo involutam in hæva gestamus: at cum in ea pro amore cœlestium salubriter nos exercere incipimus, jam lanam agni immundiculata de colo in fūsum, de lava in dexteram traximus: quia de bonis nostris Redemptoris, de exemplis operum ejus stolam nobis gloria cœlestis, ac velcum charitatis nuptiale facimus. Digitis namque apprehendere fūsum, ipsam intentionem discretionis, quia quoque operatur, influat: ea nimis ratione, quia nulla corporis nostri membra pluribus sunt diffinita articulis, ac flexibus, quam digiti. Quicunque ergo veraciter dicere cum Apostolo potest, *Nostra autem conversatio in celo est.* Vnde etiam Salvatorum expectamus Dominum nostrum Iesum Christum: hujus profecto digitis dextri apprehenderunt fūsum, quia discretione sedula pro externis bonis laborare didicit, & bene dicitur, *Apprehenderunt, ut vivacius commendetur, quanto studio, quanta festinatione hujus vita incerta pro certis apud Dominum premis agere debeamus.* Quid autem mulier fortis, id est, Ecclesia sancta, vel anima quaque perfecta, per fūsum intellectualem sit operata, subsecuerter aperitur:

## CAPH.

**M**anum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.] Quid & de operibus eleemosynarum, quas generaliter fiunt in pauperes, accipi potest: sed melius de verbo Dei, quod indumentum salutis animabus confert, intelligitur, de quo beatus Job gloriatu[m] dicens, *Injustitia induit sum, & vestivit me sic vestimento, & diadema[rum] judicio meo.* Aperuit autem Ecclesia manum inopi, cum mysteria fidei ignorantibus, per operarios veritatis revelavit. Palmas extendit ad pauperem, cum longè lateque prædicatores ad imbuendas æternæ salutis indigas nationes dispergit.

## LAMED.

**N**on timebit dominus fūsū à frigoribus nivis: omnes domestici ejus vestiti duplicitib[us].] Frigora nivis, corda sunt reproborum, perfidie sua tortore rigentia, de quibus ait Dominus, *Et quoniam abundabit iniquitas, refrigerescet caritas multorum.* Quia illa utique nive pessime deprimitur, quia ob prima superbita meritum de cœlo coruens in profunda tenebria, nihilominus se velut Angelum lucis adhuc fulvis ostentare præsumit, habitumque meritorum suorum candore piveo similem fraudulum suarum neficis praesert. Quod quidem Domini & Angelorum ejus est proprium, in habitu niveo claritatem sua designare virtutis. Non timebit autem Ecclesia domini sui à frigoribus nivis memorata, quia Dominus pollicente credit, quod porta inferi non prævalebunt adversus eam. Omnes domestici ejus vestiti duplicitib[us]: & sapientia videlicet ad resellendas hereticas falsorum fratrum doctrinas, & patientia ad tolerandas apertorum hostium pugnas. Vel certe vestiti sunt duplicitib[us]: quia promissionem habent vite quæ nunc est, & futura. Nunc in peregrinatione temporali divino auxilio ne deficiant adjuti, tunc in patria perpetua habitatione, divina gratia visionis, ut felices semper vivant allevaci. Item domestici ejus induti vesti sunt duplicita: una operis, altera mentis fidei, habentes factorum velamina, & sacramentis videlicet sui Redemptoris imbuti, & for-

mati exemplis. Sic enim sit illud Apostoli. *Quicunque in Christo baptizati est, Christiani indiusti.* Possum autem frigoris etiam tormenta æterna intelligi, quæ igne & frigore mixta esse legimus, cum dicitur: *Ibierit fœtus & fridor denum.* Fletum quippe oculis ignis & fumus: fridorem vero dentibus solet frigus gignere. unde & beatus Job de precnis reprobatorum loquens æternis, *Ad calorem, inquit, nimis transibunt ad aqua nivium.* Sed ab his Ecclesia domini sui non timebit: quia quicunque pereunt, ad domum non pertinebant, nec vesti ipsius spirituali erant induiti, tametsi mysteriis ejus ad tempus videbantur instituti. Denique legimus in Evangelio ejusdem de domo convivii illius hominem, qui vestibus operum immundis hanc intrare presumperat: & in tenebras exteriores, ubi effet fœtus & fridor denum, esse projectum. Merito itaque in frigore præca relictum, quia indumentum pietatis habere neglexerat.

## MEM.

**S**tragulatam vestem fecit sibi: *bifus & purpura indumentum eius.*] Stragulata vestis, quæ variante textura solet firmissima confici, torta Ecclesiæ opera, & diversa virtutum ejus ornamenta significat. De quibus Propheta in summi regis, viri videlicet illius laude cecinit, *Abit regia a dextera tua in vestitu deaurato, circumacta varietate.* Byfus quoque & purpura indumentum ejus. Byfus in castitate pura conversionis: purpura in effusione pretiosi sanguinis. Byfus namque candidi coloris est, purpureus color & de sanguine animantis, quod purpura vocatur, conficitur, & pie sanguinis habet speciem. unde pulchre dictum est a patribus, quia sancta Ecclesia electorum floribus vernalis, habet in pace lilia, in bello rosas. Item quia byfus de terra virens oritur, sed per exercitationes longas ac multivarias, amiso humore ac virore nativo, ad decoré candidæ vestis perducitur: purpura autem regalis est habitus. Byfus induit Ecclesia, cum cavigant corpora tua electi, & servitui subjiciunt purpura autem cum eandem continentiam non ob favorem vulgi, sed pro acquirenda beatitudinem regni perennis exercent. Sic virtutum habitus in præsenti quidem nescientibus virletur contemptibilis, sed in futuro qualis fuerit manifestè apparebit. Unde pulchre in Apocalypsi Joannis sanctorum se vocem audiunt referunt, dicentum: *Gaudemus & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptia agni: & uxor ejus preparavisse, & datum est ei, ut cooperiat se byfisno splendenti.* Byfnum enim justifications sanctorum sunt.

## NUN.

**N**obilis in portis vir ejus, quando federit cum senatoribus terra.] Vir sanctæ Ecclesiæ, vir cuiusque animæ Dominus est: qui videbatur ignobilis, cum ante tribunal præfatis starer judicandus, cum probra, spuma, flagella, & ipsam crucis mortem susciperet: sed nobilis apparebit, cum venetus judicaturus orbe in aquitatem, & omnes Angeli ejus cum eo. Tunc sedebit, inquit, in sede majestatis sue, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, &c. Nobilis, inquit, in portis vir ejus, quia veteres in portis federe ad judicandum solebant: ut venientes ad civitatem aliiunde, paratum continuo responsum judicantis acciperent, & ne rusticos vel pastores insolita urbis adficia stupefacerent, nec rursum pacem urbis intrinsecus frequens litigantium controversia scedaret. Nobilis ergo erit Dominus in portis civitatis, quia qui etiam nunc contemnendum putatur, à multis, ubi seculi finis advenerit, ubi ingressum patriæ cœlestis aperuerit electis, jam cunctis parebit sublimis. Sedebit autem cum senatoribus terra. Amen dico vobis, quod vos qui fecisti sibi me in regeneratione, cum federit filius hominis in sede majestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.

## SAMECH.

**S**Indonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Canaan. ] In linea lindonis subtilis intextio signatur sanctæ præ-

dicatio-

ditionis, qua mollier quiescit: quia mens in illa fiducia superna refovetur. Unde & Petro animalia in linteo monstrantur, quia peccatorum anima in recorditer aggregata, in blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo fiduciam Ecclesia fecit, & vendidit: quia fidem quam credendo texuerat, loquendo dedit, & ab infidelibus vitam rectam conversationis accepit. Quia & Cananeo cingulum tradidit, quia per vigorem demonstrata iustitia fluxa opera gentilitatis extinxit: ut hoc quod praecipitur, vivendo teneatur, Sunt lumbi vestri praecincti. Bene enim nomine Chanaan, qui & gentilitatis populum procreavit, & interpretatur commutatus, conversa ad fidem gentilitas designatur, quae felicissima commutatione a viis ad virtutes, à diabolo ad Christum migravit. Unde in ejus laudem Psalmus quadragesimus quartus scribitur, cuius titulus est, In finem pro his qui communabunur filii Chor, anti-cum pro dilectio. Filii autem Chor, Filii Calvaria inter-pretantur, qui sunt filii Dominicae crucis, dicentes: Mibi autem abs gloriar, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Quomodo autem commutentur, sequentia ejusdem Psalmi docent, ubi dilectus ipse, id est Dominus Ecclesia dicit: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere popu-lum tuum, & dominum patris tui. Commutari namque illam desiderat, quam ut filiam habere valeat, dominum patris prioris, id est hostis antiqui jubet obliuisci.

## y A I N.

**F**ortitudo & decor indumentum eis, & ridebit in die novissimo.] Fortitudo ad tolerandam perversorum improbitatem, decor ad exercendam virtutem gloriam. Decor, quia operatur iusticiam: fortitudo, quia patitur persecutionem propter iustitiam: & ideo ridebit in die novissimo, id est, gaudebit in retributionem regni coelestis, quod dolebat in certamine vita presentis. Mos enim scriptura est pro gaudio risum ponete, sicut Dominus ait, Beati qui nunc fleti, qui ridebitu. & beatus Job, Os autem veracium repletum risu. Similem sanè huic sententiam Prophetæ de Domino ac Salvatore, hujus fortissime mulieris posuit, dicens: Dominus regnavit, decorum induit, induit Dominus fortitudinem. Cum enim prædicaret Evangelium regni, aliis placebat: alii bene loquebantur, alii detrahebant, lacera-bant, mordebat, conviciaabantur. Ad eos ergo quibus placebat, decorum induit: ad eos quibus displicebat, fortitudinem. Imitare ergo & tu Dominum tuum, ut possis esse vestis ipsius. Esto cum decore ad eos, quibus placent bona opera tua: esto fortis adversus detractores.

## ■ P H E.

**O**s suum aperuit sapientia, & lex clementia in lingua ejus,] Ad hoc tantum loquens os aperuit, ut sapientiam doceret. juxta illud Apostoli, Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad designationem fidei, ut det gratiam auxiliis. Vel certe os cordis aperuit ad discernendam ab ipsa interiori sapientia veritatem, quæm alios foris doceret. Utrique autem sensui, quia utrumque facit Ecclesia, concinit aperit quod sequitur, Et lex clementia in lingua ejus: illa videlicet, ut non statim more legis Mosaicæ peccantes puniret, sed misericorditer ad penitentia remedia vocaret. Cujus exemplum clementia ab ipso Deo & Salvatore nostro manifestè percepit, cum oblatæ ei peccatrice muliere, Si quis, inquit, sine peccato est, primus in illam lapidem mittat: & sic eam à crimine, quod patratarat, sub conditione amplius non peccandi miseratus absolvit.

## ■ Z A D I C.

**C**onsideravit semita domus sua, & panem otiosa non comedit.] Semitas domus sua considerat, quia cunctas suis scientias cogitationes subtiliter investigat. Panem otiosa non comedit, quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo percepit, ante eterni judicis oculos exhibendo operibus ostendit. Item domus mulieris, habitatio est patriæ cele-

stis: semita domus illius præcepta iustitia, quibus ad exteram vitam mansionem pervenitur: quas profecta semitas anima bene considerat, & diligenter quibus acibus ad superna pervenire debet, inspicit, & quæ agenda didicit, tenuela exercere non definit. Panem quoque otiosa non comedit, cum sacrificium Dominicæ corporis percipiens, sudet invitari actu, quod mysterio celebrat: multum ioculta, ne indignæ panem Domini comedendo, & calicem bibendo, judicium sibi manducet & bibat sed ut patiente pro Christo, ac lacrymas fundendo, bonis quoque actibus insistendo, passionum ipsius exempla sequatur, quantum valet. Potest & simpliciter accipi, quod panem otiosa non comedit mulier fortis, juxta illud Apostoli, Qui non operatur, non manducet. & ipse de se, Quoniam ad ea que mihi opus erant, & hæc qui mecum sunt, ministraverunt manu ista. Unde merito luxuriantes viduas arguens, adjungit, & mal autem & otiosa discant, circumire domos: non solum otiosa, sed verbosa & curiosa.

## ■ C O P H.

**S**urrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicaverunt, vir eius, & laudavit eam.] Quod futurum pro certo noverat, more propheticō quasi jam factum resert. Surge enim filii Ecclesiae, videlicet omnes electi in novissimo, carnis immortalitate donati: & tunc matrem suam, quæ eos ex aqua & Spiritu sancto Deo genuit, beatissimam prædicant, quæ nunc ab infidelibus quasi misera contemnitur: & revera sicut Apostolus ait, Si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Quia vero pro vita alia in præsenti militamus, merito cum apparuerit quod erimus, matrem nostram, quæ ex omnibus iustis collecta, una Christi columba, sponsa & amica vocatur, beatissimam prædicabimus. Surget & vir eius, & laudabit eam, dicens in iudicio: Venite benedicti patris mei, posidete paratum vobis regnum & constitutio[n]e mandati. Efirivi enim & dedi sibi manducare, &c. Qui quidem ipse primæ dominientium refluxit à mortuis, sed in die iudicii manifestus omnibus, quos sua laude dignos judicaverit, quanta sit ejusdem sue resurrectionis gloria demonstrabit. Potest hoc quod dicitur, Surrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicaverunt, etiam in hoc tempore convenienter accipi, cum quilibet fideli transscen[s]us seculi æterni, ad cœlestia regna perducuntur. Sedens namque ad humiliacionem aliquotiens, surgere ad gloriam pertinet, unde dicitur: Olim in cælo sedentes penitentem, id est, humiliati, & Prophetæ: A facie maris tua solus sedebam, quia comminatione replesti me. Sed & Psalmista: In vanum est robis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Quod est aperte dicere, Quid in præsenti queritis gaudere, quod electi in futuro reservatur? Non enim potest in hac vita, id est ante lucem, superna retributionis gloriam veræ felicitatis habere: quin potius postquam hic humiliati fueritis ad tempus, illic vos in perpetuum veraciter exaltatos sperate: vos quibus amarum est omen, quod ecclœli amatoribus joandum violetur & dulce, Surgunt ergo filii Ecclesiae, & beatissimam eam prædicant, cum coelestibus bonis sublimati, quanta sit illius patriæ beatitas, cujus participes esse meruerunt, aspiciunt, & hanc debita laudatione in divina vocatione concelebrant. Laudat vir ipsius, cum bona que ipse donavit, remunerat. Quibus autem verbis eam laudet, consequenter ostenditur, cum dicitur:

## ■ R E S C.

**M**ultæ filia congregaverunt divitias, et supergressæ univer-sas.] Multas filias Ecclesiæ dicit haereticorum, & maiorum turbas Catholicorum. Quæ filia dicuntur vel Christi vel Ecclesiae, quia erit ipsa summa Dominicis renata sacramentis, & adoptionem filiorum, quam non custodiare, perceperunt, unde & Joannes ait, De nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quæ congregaverunt divitias, vide-licet bonorum operum, orationes, jejunita, elemosynas, afflictionem, & castigationem carnis: continentiam lingue,

meditationem scripturarum, & cætera hujusmodi, quæ verè sunt divitiae spiritus, ubi pura sinceritate mentis geruntur. Ubi autem sine fide que per dilectionem operatur, sunt, nihil agentibus prolsunt. Sed & illæ filia fructu congregaverunt divitias, de quibus Dominus ait, *Muli dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo propheta vimus, & in nomine tuo demona ejecimus, in nomine tuo virtutes multas fecimus?* & tunc confitebor illis, quia nunquam noviros. Sed omnes istiusmodi filias Ecclesia Catholica supergreditur, quæ fide casta, & opere perfecta redemptoris sui vestigia secatur.

## S C H I N.

**F**allax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Deum, ipsa laudatur. Fallax est gratia laudis, quam ab homine accepit: vana pulchritudo charitatis vel operationis bonæ, quam hominibus ostentat anima, quæ timore caret divino. At illa conscientia veræ est laude digna, quæ timorem Dei in omnibus servat: ipse est enim principium cunctatum, custosque virtutum, scriptura dicente, *Timor Domini principium sapientie: & iterum, Qui timet Dominum, nibil negligit.* Hinc est enim quod beatus Job & in prosperitate virtutibus incomparabiliter floruit, & in adversitatibus insuperabilis hosti permixxit: quia veraciter dicere potuit. Semper enim quasi tumentes super me fluctuum tuui Deum, & pondus ejus ferre non potuit. Fallax ergo simulariorum gratia, vanus decor operis stultorum, Ecclesia autem qua in timore incolatus sibi tempore conservatur, quoniam ardentes virtutum lampadas venienti ad judicium sponso suo offeret, jure ab eo laudata, janua regni cœlestis intrabit. Qualiter autem eam laudet, terminali versu docetur.

## T A U.

**D**ate ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. Hæc sunt enim verba viri illius, de quo dictum est, *Pri eius laudavit eam, id est, Domini & Salvatoris nostri, qui Angelis in fine præcepturus est, ut Ecclesiam post hujus vita certamen, post triturationem afflictionemque terrestrium, ad coelestis regni gaudia introducant, ac vita immortalis sibi sociant aggredentes: juxta illud Evangelicum, Triticum autem congregare in herreum meum. Data, inquit, ei de fructu manuum suarum; quia frustum spiritus ferre curavit, charitatem, gaudium, pacem, benignitatem, bonitatem, modestiam, continentiam, fidem, patientiam. Pro hoc illi debitam rependite mercedem, & laudent eam in portis: hoc est in iudicio sive in ingressu patriæ cœlestis, non horum favoris supervacui, sed opera ipsa qua fecit, examinante, probante ac remunerante illo, cuius hac donante gratia perficit, à quo ut laudari mereamur in futuro, concedat ipse propius, nos eum dignis in præsenti vita collaudare servitius, Amen.*

VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI,  
libelli de fortis muliere, finis.

BEDÆ PRESBYTERI  
DE OFFICIIS LIBELLUS, EX  
QUORUNDAM PATRUM  
dictis excerptus.

## DE DOMINICO DIE.

Omninum dieni Apostoli ideo religiosa solennitate colendum sanxerunt, quia in eodem redemptor noster resurrexit: quique ideo Dominicus appellatur, ut in eo à terrenis operibus, & mundi illecebris abstinentes, tantum divinis cultibus servigamus, dantes scilicet dei hujus honorem & reverentiam, propter resurrectionis nostræ ipem, quam habuimus in illa. Nam sicut ipse Dominus

Iesus Christus & Salvator noster, tertia die resurrexit à mortuis, ita & nos resurrectos in novissimo seculo speramus. Unde etiam Dominico die stantes oramus, quod est signum futurae resurrectionis. Hoc agit universa Ecclesia, quæ in peregrinatione mortalitatis inventa est, expeditans in finem seculi, quod in Domini nostri Jesu Christi corpore præmonstratum est, qui est primogenitus à mortuis. Sabbato autem priore populo in otio corporaliter celebrandum, ut figura esset in requiem: unde & sabbatum requies interpretatur. Dies autem Dominicus non Judæi, sed Christianis per resurrectionem Domini declaratus est, & ex illo tecip habere festivitatem sicutam. Ipse est enim dies primus, qui post septimum reperitur octavus. Unde & in Ecclesiastice a duorum testamentorum significacione dicitur illi septimus, & illi octavus. Primum enim solum celebrare sabbatum traditum est, quia erat antea requies mortuorum, resurrectione autem nullis erat. Quis resurgens à mortuis jam non morietur, mors illi ultra non dominabitur. Jam postquam facta est talis resurrectione in corpore Domini, ut praeterea in capite Ecclesie, quod corpus Ecclesie speraret in fine: dies Dominicus idem octavus, qui & primus in festivitate successit. Apparet autem hunc diem etiam in scripturis sanctis esse sollemnam. Ipse est enim dies primus seculi, in ipso formata sunt elementa mundi, in ipso creati sunt Angeli, in ipso quoque à mortuis resurrexit Dominus, in ipso de celis super Apostolos descendit Spiritus sanctus. Manna eodem die in eremo primum de celo data est. Sic enim dicit Dominus, *Sex diebus colligetur manna, in die autem sexto duplum colligetur.* Sexta enim dies est paraseve, qui ante sabbatum ponitur. Sabbatum autem septimus dies, quem sequitur Dominicus, in quo manna primum de celo venit. Unde intelligent Judæi, jam tunc prælatum esse Iudaicum sabbatum Dominicam nostram, iusta indicatio, quod in sabbatum ipsorum gratia Dei ad eos nulla descendit, sed in sanctam Dominicam nostram, in qua primum eam Dominus pluit.

## DE LXX. LX. L. XL.

**S**eptuagesima computatur secundum titulationem sacramentariae & antiphonariae novem hebdomadibus ante Pascha in septimum sabbati. Populus Dei in Babylone detentus est captivus septuaginta annis, quibus expletis, reversus est Jerusalem. Septuagesimus numerus ad memoriam nobis reducit omne tempus præsentis seculi, quo alieni sumus à cœlesti Jerusalem. Ideo auctor officii septuagesimam posuit in officiis nostris, ut hoc tempore à deliciis abstinendo, ostenderemus in nostra conversatione, qualiter per omne tempus seculi vivere debeant, qui post baptismum peccatis se alienant à cœlesti Ierusalem. Nam quod post septuaginta annos populus de captivitate revertitur, quis non videat post evoluta tempora, quæ sepræario dierum numero transcurrunt, etiam nobis idem Ecclesia Dei ad illam cœlestem Ierusalem ex hujus seculi peregrinatione redeundum? Quapropter Alleluia illo tempore non cantatur apud nos, nec Gloria in excelsis Deo, quia sum cantica cœlestia. Dicit enim Psalmus: *Quomodo cantabimus canticum Domini inter terra aliena?* Sunt qui primam hebdomadam septuagesimam sine aliquo articulo novella conversationis dicunt, excepta mutatione Alleluia, & quibusdam locis Dalmaticarum, & intermissione Gloria in excelsis Deo. Graci proxinam hebdomadam, id est, Sexagesimam, sanctificant sive jejuniu. Cleri nostri, auctore Telephoro Papa sequentes, id est, quinquagesimam, qui constituit septem hebdomadrum jejuniu ante Pascha. Praeceptor officii nostri ampliorem mutationem requirit, quam nos agamus constitutione officii sive, ipsum enim jejuniu intimavit in prima oratione missæ dicens, *Ut qui justus pro peccatis nostris affligimur.* Hic enim afflictionem sicut, in introitu quoque dicit, *Circa dederunt me gemitus mortis, dolores inferni.* Propter hos dolores non possumus letari & securi esse, sed præparare nos ad bellum, ut Apostolus ait: *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se absinet.* Dicit Ambrosius: *Ab omnibus quæ vitæ etiam a eadem tradit discipulis a* *scilicet*